seruo dicit· Exi in uias et sepes· et cõpelle intrare· ut impleatur domus
mea· Cū de uicis et plateis ad cenā quos dā dns inuitat· illū uidelicet populū
designat· qui tenere legē suburbana conuersatione nouerat· Cū
uero conuiuas suos colligi· ex uiis et sepibus pcipit· nimirū agrestē
populū colligere· id est gentilē querit· De cuius significatione p
psalmistā dicit· Tunc exultabt omīa ligna siluarū ante faciē dnī
qm̄ uenit· Ligna enī silue· gentes uocate sunt· quia in infidelitate
sua torte et infructuose sēp fuerunt· Qui ergo ex illo agresti usu con
uersi sunt· ad cenā dominicā quasi ex sepibus uenerunt· Notandū
uero quod in hac inuitatione tertia· non dicit inuita· sed cōpelle
intrare· Alii enī uocant· et uenire contēpnunt· Alii uocant·
et ueniunt· Alii autē nequaquā dicit quia uocant· sed cōpel
lunt ut intrent· Vocant· et uenire contēpnunt qui donū quidē
intellectus accipiunt· sed eundē intellectū operib; non sequunt·
Vocant et ueniunt· qui acceptā intellectus grām· operando pfi
ciunt· Quidā uero sic uocant· ut etiā cōpellant· Nā sunt non
nulli· qui bona facienda intellegunt· sed haec facere desistunt·
Vident que agere debeant· sed haec ex desiderio non sequunt·
His ut superius diximus plerūq; contingit· ut eos in carnalib;
desideriis suis mundi huius aduersitas feriat· app̄hendere tēpo
ralē glām conent· et nequeant· Et dū p alta pelagi quasi ad
grandiores curas huius sc̄li nauigare proponunt· semp aduersis
fluctib; ad deiectionis suae litora repellantur· Cūq; se frangi in
desideriis suis aduersante mundo conspiciunt· quid de se auc
tori suo debeant cōmemorant· ita ut ad dm̄ erubescentes
redeant· qui eū supbientes p mundi amore deserebant· Sepe
nāq; non nulli ad tēporalē glām pficere uolentes· aut longa
aegritudine tabescunt· aut afflicti iniuriis concidunt· aut
pcussi grauibus dāpnis affligunt· et in mundi dolore uident·
quia nihil confidere de eius uoluptate debuerunt· seq; ipsi
in suis desideriis rep̄hendentes· ad dm̄ corda conuertunt· De
his quippe· dns p pphetā dicit· Ecce ego sepiā uiā tuā spinis·
et sepiā eā maceria· et semitas suas non inueniet· et sequitur·